

i Et habito aliquo in dicit o contra aliquem.) Ad de, quod etiam inquisitio formari potest, quando ignoratur nomen delinquentis secundum Boss. in tit. de delicto, num. 33. & qualiter practicitur, uide eundem Boss. in ut. de inquisition. numero 78. Baiard.

k Et ita seruat totus mundus.) Sed pro practica uide, quae adnotauimus infra q. 89. uerf. mandas homicidium. Giach.

l Inquiri generaliter.) Adde infra q. 53. uerf. secundum caput, quae 50. uerf. item quia q. 6. uerf. sed quonia in principio. Aliter inquirendo, magis est officium suggerentis, quam interrogantis; & talis processus redditur nullus, infra quae 21. uerf. R. etia igitur, & quae 45. uerf. Debet autem iudex: & ut exemplum pateat: Quod si instruat reus, quid iudex appetat, magis, ut euadat torturam iudicij, quam ut ita se habeat ueritas, innocens aliquid quando tortus, uel reus, indicat; Audi, quid de indebitis tortis. ad talem suggestionem dixerit Li-

commisit ipsum maleficium & habito aliquo indicio contra aliquem, uocat deinde illud ad se defendendum: Et ita seruat notus mundus, ut dicit Inno. in c. bone, il. 1. nu. 5. de electio. subdens, quod illud, quod longam interpretationem recepit ex iteratione factorum, mutari non debet. Et hoc dicit Innoc. refert Bal. in l. dicta, in repet. Patanina, num. 30. C. de edendo, & in l. ea quidem, nu. 42. C. de accus. & Ana. in d. c. qualiter, & quando, il. 2. s. debet, nu. 9. & Card. Alex. in c. de accusatione, col. 14. uerf. inquisitio generalis, 2. q. 8. & alij, quos uelut infra, q. 50. uerf. item quia, & seq. Practica igitur est, quod si non sit porrecta contra aliquem querela, uel denuntiatio, uel aliter aperta via iudici ad specialiter inquirendum sed tantum constet delictum fuisse commissum, iudex statim ex officio inquiri generaliter, interrogando testes, quos putat de negotio informatos, in genere, an sciat quis delictum commiserit, neminem nominando. Quando re-

ro certus est delinquens, puta, quia porrecta est contra aliquem querela, uel denuntiatio, tunc iudex non inquirat generatim, sed specialiter interrogando testes, quid sciant de contentis in ipsa querela uel denuntiatione, in qua ille est specialiter nominatus. Tunc autem illa inquisitio generalis transit in specialem, quando testes, qui sunt in genere interrogati, secundum ea, quae statim dixit, non nominant ipsi in specie delinquentem: nam eo casu illa nominatio aperit uiam iudici ad inquirendum specialiter contra illum nominatum, id est ad alias informationes contra eum assumendas: nam ubi- cumque ex informationibus assumptis super inquisitione generali oritur aliquod iudicium de crimine contra aliquem, illud iudicium, licet receptum sit parte non citata, inducit tamen praesumptionem contra eum, quae sufficiens est ad inquirendum specialiter contra ipsum, ut dicit Bar. in d. l. 2. s. si publico, num. 9. & est communis conclusio, ut attestatur Aret. in cap. cum oporteat, num. 44. in fin. de accusat. Quinimo si ex dictis huiusmodi testimonij receptorum super inquisitione generaliter esultares sufficiens iudicium contra aliquem, posset ille capi, uel citari absque alia speciali inquisitione. Et hoc est, quod uoluit dicere Innoc. in loco praell. Et licet ipse loqui uideatur in maleficio notorio, est tamen intelligenda eius doctrina in quocumque maleficio, de quo iudici legitime constet. Satis enim in hoc proposito dici potest notorium id, de quo apparet ex actis, ut dixi in fra lib. 7. s. notorium. Et haec omnia nota: quia ille locus Inno. non est ab omnibus bene intellectus.

uius libro tertio, Decad. quart. Torti post paulo infontes cum scirent ipsi opinionem omnium, ea praedicio, usi, Leuissimum, & Pistratum nominauerunt nullo adiecto, cur scite quicquam uiderentur, argumento; Ad hoc idem uide eundem Luitum lib. 4. Decad. tertia. De Theodoro quodam sub Andronodoro Iudice. Drog.

ADDITIONES. Ad Quae. VI.

a Diffamatio.) Adde, quae dixi in questione praecedenti, uerf. diffamatio. Et ad haec quaestio- nem adde, & vi. per Duen. plenè etià mihi reg. 298. Vbi habes plenam regulam cum duabus ampliacionibus, ac decem, & octo limitationibus. Giach.

b Diffamatio.) Adde, quod poterit iudex in- dex inquisitionem comit- tere, etiam quod sit igna- rus de fama, uel infamia, quando fuerit facta denu- ciatio a persona fide digna Anchar. in c. licet in beato de accusat. Tiraq. de pen. c. 51. nu. 103. Baiard.

c Adde, ut per Duen. in reg. 298. ubi de ista quaest. tractauit, & posuit multas ampliaciones, & limitatio- nes, & late per Farinac. in quaest. 9. per totam.

d Talis enim diffama- tio.) Non tamen insistat iudex multum super hac fama, quae facta, atque in- fecta canit, iuxta illud Vir- gilij, Aeneid. lib. 4. et ut per Bald. in c. tua, nu. 5. extra. de cohab. mul. & cler. Et hoc alio non apparere, in- fra q. 21. uerf. primo, ibi. Nihilominus, cum fama, q. 60. uerf. frequens, quo loco distinxit de fama, & q. 64. uerf. Dixi etiam; ibi, quia salte. Est tamen fama res fragilis, ut pluri- mum per clientelas uoces artificiosè transmissa ab ijs qui desiderant. Ita Guid. de Suez. in tract. de male- fic. num. 93. Contrarium tamen, quod semper non sit fragilis, & uana, te- nuit Menoch saepius alle- gato tractatu de arb. iud. lib. 2. cent. 1. num. 86. cum pluribus seqq. sed aduerte Menochium minime lo- qui in casu fame nostrae, quae ueniat ad puniendu, siue ad torquendum, in quibus casibus non sufficit sola fama, sed in casibus super quibus aliquando coniecturando procedi- mus, ut ibidem, num. 91. & habetur infra, q. 20. uerf. sic. si. 64. uerf. & in hoc, idem Menoch. dict. tract. lib. 2. centur. 3. caf. 279. in princ. Drog.

e Docet practica.) Vi- de, quae contra scribit Ro- land. consil. 57. nume. 26.



Diffamatio. In- dex est su- pra Que- sitione pro- xima, pos- se iudicem procedere

ex officio, siue inquirere specialiter contra aliquem, dummodò aliquod praambulatum legitime praecedat, quod aperiat iudici uiam ad procedendum contra eum. Inter cetera autem, si praecedat contra aliquem diffamatio, omnes fatentur, possit iudice procedere, & super ipso crimine contra eum informatio- nes, & iudicia assumere. b Talis enim diffamatio succedit loco accusationis, ut tenent communiter Can. teste Card. Alex. in d. cap. de ac- cusatione, colum. 14. in si. 2. q. 8. quasi uideatur populus ipse illum, ut reum criminis, iudici deferre. Quinimo dici solet, quod de iure communi ad hoc ut possit procedi ex of- ficio, siue per uiam inquisitio- nis, requiritur, quod prae- dat diffamatio rei de crimi- ne, pro quo iudex contra eum procedere intendit: ita colligi uidetur ex uerbo. d. cap. qualiter, & quando, de accus. Et hoc etiam sonant illa uer- ba, quae solent inquisitioni- bus apponi, Fama publica praecedente, &c. Et haec est communis sententia Docto- rum, ut attestatur Hieron. in Apostill. ad Angel. de malef. in uerbo, Hec est quaedam in- quisitio, post num. 68. uerf. Secundo in quantum, Nouel. in pract. crimin. fol. 63. post num. 17. Sed certe quicquid sit de iure, totu contra- riu docet practica, quae communi- ter obseruatur. Iudex enim confuso de delicto, assumit informationes in genere, ut dixi supra q. prox. uerf. pote- rit igitur. Et interrogat pri- mo testes, quos putat esse de negotio informatos, super ueritate criminis, scilicet, an sciant, quis maleficium illud commiserit. Et si dicant se nescire, tunc interrogat eos super diffamacione nemine nominando, sed in genere in-

terrogando, contra quem il- lius delicti fama laboret, ut dixi infra, uerf. sed quoniam. Et si ex eorum dictis resulter probatio facta contra aliquem tunc specialiter contra eum inquiri, & ad ulteriora con- tra eum procedit, uel per ci- tationem, uel per capturam, iuxta qualitatem iudicioru. Et sic uides, quod eodem contextu iudex assumit infor- mationes super ueritate cri- minis, & super diffamacione: Neque ego unquam uidi fie- ri aliquem processum, qui inciperet ab huiusmodi diffama- tione: Sed semper praecedit querela, uel denuntiatio, uel aliter aperitur uia iudici ad inquirendum, iuxta modos, de quibus supra dictum est, & infra etiam dicemus.

2 Sed uentura communi conclusione, quod scilicet ad hoc, ut iudex possit inquirere, requiritur, quod diffamatio praecedat, scias, quod Ang. in repet. l. si uacantia. C. de bon. uac. lib. 10. uidetur tenere, quod in hoc faciendū sit differentia inter iudicem ordinarium, & delegatum, ut scilicet iudex ordinarius possit absque diffamacione inquirere, non autē delegatus. In hoc tamen Ang. & communiter reprobat, ut dicit Alc. in c. 1. num. 34. de offic. ord. Et hanc opi. contra Ang. dicit esse communiter Card. Alex. in d. c. de accusatio- ne, col. 25. uerf. tamen fortius: quae refert Foll. in prac. cri. fol. 86. n. 32. Et ideò (secundum DD.) modus procedendi est, ut iudex antequam procedat contra aliquem, assumat à seip- so informationes super infamia rei, de illo crimine: deinde coporto eum esse de ipsa delicto diffamatu, examinet testes contra eum super ipso maleficio. Et aduerte, quia de iure co- muni, si iudex uellet procedere super ueritate criminis non facta prius inquisitione de fama, posset reus appellare. Et ita dicunt communiter Doct. ut ait Card. Alex. in d. c. de ac- cusatione, col. 25. circa medium Contrarium tamen, ut di- xi, communiter obseruatur de consuetudine.

3 Idem etiam Ang. in repet. dict. l. si uacantia, num. 177. uidetur tenuisse, quod haec conclusio non procedat, ubi iu- dex non ad postulationem partis, sed ex mero officio inqu- reret. Nam eo casu, secundum eum, non requiritur, quod praecedat diffamatio. Et dicit August. ad Angel. de male- ficis, in uerbo, Haec est quaedam inquisitio, num. 57. quod assessores communiter hoc obseruant. Sed certe contra eum proculdubio est magis communis opinio, dicit Hieron. in Apostill. ad Angelum in loco praelligato, post numerum 68. uerf. Quarto in quantum, quem refert Grat. cons. 57. nu- mer. 11. lib. 2. & Rolan. cons. 24. circa fin. lib. 1. Boss. in tit. de ind. num. 75. in fin. Hippol. Rim. inter consil. crim. diuers. consil. 105. nu. 27. lib. 1. Quae etiam est rationi magis con- sentanea: nam quando proceditur ex mero officio, tunc ma- gis necessaria esse debet diffamatio, quae succedit loco accu- satoris, ut dicunt Scribentes in d. c. qualiter, & quando. Et dixi supra in princ. quae.

4 Scias etiam, quod haec conclusio, quae habet requiri dif- famacione, priusquam super delicto possit iudex ex officio inquirere, intelligenda est, ut non procedat in inquisitione, quae fit contra aliquem super ipsa fama: nam ista fieri potest modica diffamacione praecedente. Ita dicit Innoc. in cap. li- cet, in ultimis uerbis, de accusat. quem sequuntur comuni- ter Doctores, ut ait Marian. in eo. cap. licet, nu. 19. Idemque dicendum est in inquisitione, quae fit ad inueniendum ipsum crimen: nam in ea pariter etià non requiritur, quod

& sequent. lib. 4. Ros. d. Neminem nominan- do.) Adde inft. q. 21. uer- sic. retenta, circa fin. q. 20. uerf. ad formandam, su- pra quae. proxima, uerf. poterit igitur. Drog. e Et sic uides.) Farin. q. 47. num. 42. 43. & seqq. Ros. f Communiter reproba- tur.) Farin. tit. de inquit- sit. 9. uolum. 1. plenissime. Ros.

QVÆSTIO VI.

Diffamationem aperire uiam iudici ad inquirendum.

SUMMARI A.

Ex Claro.

- 1 Diffamatio procedere debet, ad hoc ut iudex per inquisitio- nem procedere possit.
2 Et quid in iudice ordinario.
3 Et quid si iudex ex mero officio procedat.
4 Et an etiam ad assumendas informationes super ipsa fama.
5 Et quid in Inquisitione generali.
6 Et quid in Inquisitione, quae fit contra officiales syndican- das.
7 Et quid in crimine heresis.
8 Et quid si formetur inquisitio ex mandato Principis.
9 Et quid si non fuerit de hoc oppositum.
10 Et an haec conclusio de consuetudine obseruetur.
11 Fama quomodo probetur.
12 Et an per duos testes tantum.
13 Et an debeant reddere sufficientem causam scientia.
14 Et an debeant dicere, quod illud audierunt à maiori parte populi.
15 Et an debeant dicere quod illud audierunt publice dici.
16 Et an debeant nominare eos, à quibus audierunt.
17 Et quid si non fuerint super hoc interrogati.
18 Et an debeant scire quid sit fama.
19 Fama an probetur per assercionem iudicis.

- 20 Fama an requiratur, ut saepe ad iudicis aures ascendat.
21 Et an sola fama sufficiat, an autem etiam requiratur, quod procedat clamosa insinuatio.
22 Iudex quid facere debeat, post assumptas informationes su- per infamia.
23 Et an reo petenti danda sit copia iudiciorum super fama as- sumptorum.

Ex Additionibus.

- 1 Iudex etiam ignarus fama, uel infamia potest committere inquisitionem praecedente denunciatione persona fide digna. Inquisitionem an debeat procedere diffamatio, remissiuè nu- eod.
2 Fama est res fragilis.
3 Fama quomodo probetur per testes, nu. seq.
4 Testes probantes debent esse omni exceptione maiores.
5 Et quibus magis sit credendum, si ab una affirmatiue, ab al- tera negatiue fuerit probata, remissiuè.
6 Et an fama faciat semiplenam probationem in criminalibus, remissiuè.
7 Et an testes super fama reddente causam scientia de auditu faciant iudicium.
8 Duplici fama probata quae praeualeat.
9 Et an probent, si deponant audiuisse publice dici.
10 Et an debeant nominare eos, à quibus audierunt.
11 Et quid si decem testes de ea deponent.
12 Fama conformiter probata coadiuuat probationes in factas.
13 Fama orta ab habente interesse in causa nihil operatur.
14 Fama posterius probata elidit Priorem contrariam.
15 Et quid si eodem tempore concurrunt.
16 Et an testes debeant scire quid sit fama, remissiuè.
17 Reus non potest in criminalibus respondere per uerbu credo.



g Si possent ex suo capite. Adde super hac eadem q. versic. Scias etiam. Drog.

h Formatur de mandato. Bona est cautela pro Iudicibus, qui raptius coguntur obedire mandatis illicitis, ut faciat annotari in libro criminali. ex ordine superioris, &c. quam questionem tagit Capyc. decif. 132. & ibi habetur, an tutus sit Iudex in conscientia sua; valet tamen inquisitio, & processus sic de mandato Principis factus, ut est inf. q. 64. ver. sed nunquid bannitus, ibi, si processum ad inquisitionem ex conscientia Principis, & hic adde Felyn. in c. sicut Romana, coll. m. hi 4. de rescript. vbi habetur, quod si Princeps mandatum inquiri super aliquo delicto; de quo Iudex cognoscere poterat, virtute talis commissionis etiam fama non procedente inquirere poterit, tamen tale dictum hodie parum prodest per ea, quae dicit infra q. 31. versic. fama publica, in fine, sed an ex tali processu sic facto poterit ferri sententia, alio non probato, infra q. 53. versic. sed quid, si aliquis, distingue, ut ibi; Consilium autem, quid feruari debeat in mandatis Principum, infra q. 60. versic. solet dubitari, circa fin. ibi, sed certe ego & quaest. 89. versic. sed quero, Drog.

i Sed certe ex quo. Re scripto loco petitionis exhibitio, Adde Iaf. in §. Praejudiciales, num. 20. instit. de act. Capyc. decif. 71. num. 31. Drog.

k Nisi parte opponente. Infra quaest. 24. versic. in fin. et q. 13. versic. 1. post med. q. 15. versic. sed pone. Drog.

Sed beneficium priuatorum, illos excitando per edictum, quod solet in principio ipsius syndacatus publicari, quod scilicet quicumque vult querelare, &c. neque super ipso edicto Iudex aliquid ulterius facit, nisi ad ipsarum partium querelam. Aliud remedium est ex officio, & ad hoc proponit Iudex illum libellum, qui appellatur inquisitio generalis, cuius forma traditur per Amadeum in suo tract. Syndacatus. Et super hac inquit Iudex ex officio, reuidentur libros, & acta, & condemnationes, &c. Et si aliquid reperiat, in quo officialis deliquisse videatur, vocat ipsam, & fit litis contestatio, &c. ut dixi in d. versic. scias etiam. Et sic vides, quod utroque casu impertinens esset requirere, quod

infamia procedat. Et hoc dicit omnes fateri Berous, in d. Eto capit. qualiter, & quando, numero trigesimo quarto. Et ita obseruat practica, ut scilicet ad eam inquisitionem, quae fit ad inueniendum crimen, vel ad assumendas informationes super fama, non solum modica diffamatio sufficiat, sed imò nulla diffamatio requiratur; Intelligit, quando in genere inquiritur neminem nominando, sed in specie, contra certam personam, nunquam vidi practici, ut nulla procedere querela, vel denunciazione assumantur huiusmodi informationes super diffamazione, ut supra dixi.

6 Ceterum quando Syndacatores procedunt contra Officiales in syndacatu, utique formant contra eos inquisitionem generalem, etiam nulla fama publica, vel clamorosa insinuatione procedente. Et hoc valde de consuetudine obseruatur, ut dicit Ang. in repet. dist. l. si vacanti, numero 170. quae refert Marian. in rubr. de accus. numero 9. & in repet. d. cap. qualiter, & quando, post nu. 167. versic. 52. quero, & Marsil. in pract. criminal. §. constant, post numerum vigesimum. Sed certe illa inquisitio non fit ad puniendum, neque ex ea sequi potest condemnatio, nisi secundum ea, quae dixi infra quaestione quinquagesima, versiculo scias etiam.

Et ideo nihil interest, an diffamatio procedat, vel non procedat. Iudex enim, qui vult aliquem syndacare, sicuti dupliciter se mouet ad procedendum contra ipsum, ita etiam duo remedia proponit, quorum primum est ad

aliqua diffamatio procederet.

7 Item scias, quod praedicta conclusio non habet locum in crimine haeresis: nam in eo propter delicti ipsius enormitatem potest procedi absque eo, quod procedat diffamatio: sed sufficit ad inquirendum vehementis suspicio; ita communiter tenetur, ut dicit Fel. in d. c. qualiter, & quando, in princ. in vltimis verbis. Credo tamen, quod ultra ipsam suspicionem adhuc requiratur querela, vel denunciazione, prout in alijs criminibus: alias darentur nimis latae habent inquisitoribus; si possent ex suo capite contra omnes inquirere, nulla notificatione, vel querela, vel diffamatione procedente, sed ex sola suspicionem tantum, quod nullo modo est dicendum. Erit tamen hoc speciale in haeresi, quod licet in alijs criminibus de iure requirantur legitima indicia ad formandam inquisitionem, ut dixi infra q. 20. ver. ad formandam, in hoc crimine sufficit vehementis suspicio. Vide, quae dixi supra hoc eod. lib. §. haeresis, ver. Habet etiam.

8 Praeterea scias, quod non habet locum, quando inquisitio formatur de uandato, aut conscientia Principis, nam eo casu non requiritur, quod procedat aliqua diffamatio: ita dixit Innoc. in d. c. cum oporteat, post num. 5. de accus. & post eum Bal. in l. nullus, nu. 1. c. ad l. Iul. Maie. Aduerte tamen (secundum aliquos) quia ista doctrina simpliciter intellecta facit errare multos ignorantes, ut dicit Augu. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, post. nu. 5. subdes etiam, quod audiuit saepe multos peritos, & aduocatos in hoc errasse: Ideo secundum eos intelligenda est, ut procedat, quando tale mandatum emanauit motu proprio: secus si ad postulationem partis: nam eo casu adhuc debet procedere diffamatio, ita tenent glo. in c. 2. in verbo, Fuerat, de accus. in 6. quae in hoc communiter a Scribentibus approbatur, ut dicit Marsil. in pract. crim. in d. §. constant, post numerum 22. ver. sed hanc tamen. Sed certe, ex quo talis postulatio partis habet vim querelae, vel denunciationis, sicut proces, super quibus impetratur rescriptum, habentur loco libelli in causis civilibus, ut dixi infra lib. prox. credo ego, quod etiam sine diffamatione possit utroque casu Iudex inquirere, & informationes assumere. Et ita semper vidi scriuari, quia (ut dixi) haec practica diffamationis, apud nos recessit ab aula. Item intellige, ut procedat, quando princeps utitur verbis assertiuis: secus autem si utatur verbis narratiuis: hoc enim casu praeuiter est necessaria diffamatio. Et ita communiter tenetur, ut dicit Anan. in dicto capit. cum oporteat, numero secundo. Et in hoc non videtur dubitandum.

9 Vltimus scias, quod si fuerat processum non procedente infamia, & hoc non fuerit oppositum, valet processus. Et haec est communis opinio, ut attestatur Aret. in cap. qualiter, & quando, il. col. 3. de accus. prout illum refert Foller. in pra. cri. can. fol. 102. ver. ite potest opponi. Et ex hoc corruit illa opinio. Host. q. si prius recepti fuerint testes super veritate criminis, quam super infamia, licet deinde probetur infamia, testes prius recepti super veritate criminis, non probant crimen, ex quo non fuit seruata forma, ut scilicet prius constaret de infamia, quam reciperentur testes super crimine, quae quidem opinio non per omnes reprehenditur, ut dicit Aret. in loco praedicti, post n. 11. valet. n. processus, ut supra dictum est, licet omnia sit inquisitio fame, si pars non opponat. Effectus autem est maximus: nam quando huiusmodi praeposteratio ordinis reddit processus ipso iure nullum, potest opponi in quacumque parte iudicij; vbi verò non annullat processus, nisi parte opponente, tunc non potest opponi post litem contestatam, ut dixi infra libro 7. §. Exceptio. Et aduerte, quia Doctores in hac materia lo-

quentes

1 Sed quoniam plerumque. Supr. q. 5. versic. poterit igitur, vbi docet examen super Inquisitione generali infr. q. 20. in princ. quaest. 45. versic. debet autem Iudex. & q. 50. versic. Item quia. Drog.

m Probetur. Sed & quae requirantur in eius probatione Blanc. tract. de ind. numer. 131. & seq. omnino per Ludou. Carrar. inter conf. crim. diuers. conf. 90. num. 34. cum seq.

2 Item hic scias, quod in casibus, in quibus sufficit probatio fame, testes productos ad eius probationem oportet esse omni exceptione maiores per Iaf. in repet. l. admonendi, num. 297. & Dec. in conf. 105. col. 3. ver. 3. respondetur. Et hoc dictum reputat suspendendum Crauet. in conf. 249. num. fin. sed aduerte, quod defectus ille suppletur ex numero, & qualitate aliorum testium, Crau. conf. 37. num. 27. & iach.

n Sciendum est autem. Multa per Vulpell. conf. 4. item conf. 5. num. 7. & 8. item conf. 50. num. 10. & seq. Alia per eundem conf. 105. in fine, & 113. num. 7. plura alia requisita ad famae probationem, Farian. q. 47. num. 207. cum multis alijs. Res.

3 Adde, quod si decem testes deposuerint de fama, probant, licet formitter, ut requiruntur, non deposuerint, quia decem testes faciunt unitatem, Bald. in authen. quod locum, prop. fi. C. de colat. Gram. in conf. 57. numer. 19. & Carre. in pract. in princ. num. 11. dicit, quod cautela est, ut super fama examinetur plures testes, saltem usque ad numerum decem. Sed requiruntur, quod dicti testes non patiantur defectus: alias non probaret, ut late per Natt. in conf. 473. num. 22. vol. 2. & Mascard. in concl. 749. num. 37. dicit, quod dicti decem testes ad hoc, ut probent, debent esse bonae fame; sed Burfat. in cōf. 35. num. 25. uol. 1. hanc conclusionem, quod per decem testes mala fama probetur, licet minus legitime deponant, impugnat. Sed Paris. in conf. 67. nu. 168. vol. 3. dicit, doctrinam Baldi in d. authen. quod locum, non seruari in foro civili, cui contradicit Vulpell. in conf. 29. num. 9. dicens, quod attestanti de consuetudine non creditur, nisi in ea Curia, qua versatur; dicit tamen, quod fama hoc mo-

do per decem testes probata vehemens fama non dicitur, & per quot testes probetur fama, & quo pacto deponere debeant; & si per testes probata fuerit affirmatiue ab vna parte, & ab alia negatiue, quibus fides adhibenda sit, & an probetur, quando testes in fine eorum examinis deponant de praedictis extare publicam vocem, & famam: & an fama semiplenam probationem faciet, quando agitur criminaliter, vide Mascard. in tract. de probat. concl. 749-750. 752. & 754. multas remissiones habes et per Foll. in pract. crim. in vers. dentur capitula, quae suffocauit uxorem, num. 37. quomodo probetur fama. Fed Gram. in cōf. 42. nu. 8. dicit, quod toto tempore vitae suae, nunquam vidit processum, in quo potuerit reperire probatam fuisse famam publicam, propter multa, quae requiruntur ad ipsius famae probationem. Baiar. o Illud tamen in primis. Adde, quod testes deponetes super fama, si exprimat causa, faciunt indicium, quamuis de causa non deponant, nisi de auditu; sed non est habile indicium, nisi ex post facto fuerint probatae omnes causae expressae per testes, ut est inimicitia, vel alia similis. Blanc. in l. fi. num. 311. Gram. conf. 42. per totum, Brun. in tract. de indic. 3. q. princ. par. num. 32. & Foll. in pract. crim. in uer. dentur capitula, quod suffocauit uxorem, nu. 28. ad finem. Baia. p Sufficientem causa. Supple etiam non interrogari per Crau. d. conf. 249. col. fin. uer. Item ad probationem fame, & conf. 160. colu. 5. ad fin. uer. tertio respondetur. Item debet deponere de causis uersimilibus ex quibus fama ortum habuit, alias non probant. Nam debet fama subnixa esse aliqua coniectura idonea non leui, & nuda, alias dicitur uana uox populi, quae audienda non est, de omnibus per Crauet. d. conf. 260. sub numer. 7. & in summa debet formitter probari, ut docet Lud. Car. inter conf. crim. diuers. conf. 59. a num. 34. usque ad numerum 38. Item quomodo, & qualiter, & per quae uerba probetur, habetur per Camp. de testibus regula 408. Roland. confil. 3. num. 48. cum pluribus sequentibus lib. 1. Et quibus casibus fama plene probatur, Campege. regul. 405. & quibus non, regula 406. & scias, quod quando ortum habuit a parte, in qua

do per decem testes probata vehemens fama non dicitur, & per quot testes probetur fama, & quo pacto deponere debeant; & si per testes probata fuerit affirmatiue ab vna parte, & ab alia negatiue, quibus fides adhibenda sit, & an probetur, quando testes in fine eorum examinis deponant de praedictis extare publicam vocem, & famam: & an fama semiplenam probationem faciet, quando agitur criminaliter, vide Mascard. in tract. de probat. concl. 749-750. 752. & 754. multas remissiones habes et per Foll. in pract. crim. in vers. dentur capitula, quae suffocauit uxorem, num. 37. quomodo probetur fama. Fed Gram. in cōf. 42. nu. 8. dicit, quod toto tempore vitae suae, nunquam vidit processum, in quo potuerit reperire probatam fuisse famam publicam, propter multa, quae requiruntur ad ipsius famae probationem. Baiar. o Illud tamen in primis. Adde, quod testes deponetes super fama, si exprimat causa, faciunt indicium, quamuis de causa non deponant, nisi de auditu; sed non est habile indicium, nisi ex post facto fuerint probatae omnes causae expressae per testes, ut est inimicitia, vel alia similis. Blanc. in l. fi. num. 311. Gram. conf. 42. per totum, Brun. in tract. de indic. 3. q. princ. par. num. 32. & Foll. in pract. crim. in uer. dentur capitula, quod suffocauit uxorem, nu. 28. ad finem. Baia. p Sufficientem causa. Supple etiam non interrogari per Crau. d. conf. 249. col. fin. uer. Item ad probationem fame, & conf. 160. colu. 5. ad fin. uer. tertio respondetur. Item debet deponere de causis uersimilibus ex quibus fama ortum habuit, alias non probant. Nam debet fama subnixa esse aliqua coniectura idonea non leui, & nuda, alias dicitur uana uox populi, quae audienda non est, de omnibus per Crauet. d. conf. 260. sub numer. 7. & in summa debet formitter probari, ut docet Lud. Car. inter conf. crim. diuers. conf. 59. a num. 34. usque ad numerum 38.

Sciendum est autem, quod potest fama probari etiam per duos testes tantum: ita videtur sensisse Gloss. in l. 3. §. eiusdem, in verbo, cōfirmat. ff. de testib. Et in hoc omnes concordant, ut dicit esse communem opi. Sal. in d. l. ea quidem, in sexta charta, vers. venio ad septimam, prout illum refert Dec. consil. 272. num. 4. Sed certe Sal. in eo loco, qui est num. 32. loquitur de probatione notorii, & in eo proposito attestatur de communi opin. ut ego fideliter retuli infr. q. 9. versic. quaro nunc. Est tamen tenenda haec conclusio, in qua, ut dixi, omnes concordant, quod scilicet duo testes sufficiant ad famam probandam, cum in ore duorum, vel trium stet omne uerbum. Illud tamen in primis sciendum est, quod huiusmodi testes deponentes super fama debent reddere sufficientem causam scientiae: alias non probant, ita dicit Bartol. in l. de minore. §. plurimum, post num. 19. ff. de quaest. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Corn. in d. conf. 233. in littera D. lib. 2. & conf. 216. in littera H. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Si mancas de haeret. c. 63. num. 16. debet enim testis deponere de ijs, quae sensu corporis percipiuntur, ut dixi supra, lib. 2. §. testis.

14 Debent enim dicere, quod illud audiuerunt a maiori parte populi: alias non probant, ita dixit Gloss. praedicta

Item quomodo, & qualiter, & per quae uerba probetur, habetur per Camp. de testibus regula 408. Roland. confil. 3. num. 48. cum pluribus sequentibus lib. 1. Et quibus casibus fama plene probatur, Campege. regul. 405. & quibus non, regula 406. & scias, quod quando ortum habuit a parte, in qua

ius